

1472 more prælium capeſſunt . Anceps diu pugna fuit , qua noſtri eo diſſicilius ſunt defuncti , quod præruptis cauti- buſ hic , ubi res gerebatur , impedientibus , equitum ope- ra parum utilis fuit . Navales ſocii ac milites ſagittis aliisque telis eminus hoſtem feriunt , cominus vero enſe , haſta , clavaque proſternunt : nec impune , nam ex iſpis quoque non pauci interim a barbaris fauicii cadebant . Fortuna neutro inclinante , prælium dubium , ut dixi , aliquandiu fuit : demum Venetus & virtute & numero ſuperior , hoſtem loco ſummovet , ſummotum ingenti ſtrage fundit fugatque : multi , abjectis armis , vivi capti ſunt , plures vero locorum non ignari in præruptos fal- tus , invioſque montium anfractus ſe trepide receperunt . Fusis hoſtibus , Veneti ad prædam diſcurrunt , ferro igni- que omnia vaſtantes : atque ita longe lateque per hoſti- um terram vagati , ad naues tapetibus onuſti redeunt . In ea Afiaꝝ ora mulieres operariæ ſunt tapetumque textrices , quæ non ſolum ad domesticum uſum , ſed ad mercatu- ram quoque exercentur . Cæſorum capita ſine numero ad imperatorem delata , captivi etiam multi ex acie addu- cti , ex agris alioquin & vicis pauciflimi . Quatriduo in- de classis profecta , ad Tabiam Cariæ locum ſub lucem admota eſt : ibi duo ex adverſo maria pene coeuntia ma- gnam Cariæ partem peninsulam efficiunt : ager olim Ha- licarnaffeorum , urbs iſpa Principum regia , Maufolique ſe- pulchro valde inſignis . Viſuntur adhuc , ut Corolianus ſcribit , molis illius exiūia inter cæteras urbis ruinas veſtigia quædam . Locorum incolæ ab agrorum cultu abhor- rentes , pecuariam paſſim exercent . Ex hiſ quoque terris vim hominum ac pecorum ingentem prædatores abduxer- re : quibus ad naues receptis , ad deſertam iſculam , cui Caprariae eſt nomen , Mocenicuſ concesſit .

Hic dum præda dividitur , nunciatur Pontificis Lega- tum cum claſſe adeffe : cui propinquanti Venetus impe- rator iſtructis navib⁹ officii gratia obviam proceſſit : eumque alacri celeumate tubarumque concentu acceptum , poſt muſuam congratulationem ita affatus dicitur : *Audi- viſti,*